

Symon. Remissionem peccatorum (sanctorum communionem)  
Judas. Carnis resurrectionem

Matthias. Et vitam eternam. Amen:  
Conditiones aggravantes peccata

Aggravat Ordo Locus Peccata Scientia Tempus  
Eras Conditio Numerus Hora Copia Causa.

Casus papales continentur his versibus

Omnis devote debet veniam rogare

A papa. seriens. clericum. falsarius vrens

Ecclesiam. Symon. audens celebrare ligatus

Iustum prelati volens exte ligatus:

Sacra vlrapiens interfectores parentis.

Casus episcopales

Incestum faciens. deflorans aut homicida

Sacrilegus. patrum percussor vel sodomita.

Transgressor voti. periurus. sacrilegusq;

Et mentita fides. faciens incendia. prolis

Oppressor blasphemus hereticus omnis adulter:

Pontificem super his. semper devotus adhibis.

Alia brevis et fructifera peccatoris ad deum confessio. quam non potest haberi copia confessionis. Et etiam potest dici ante confessionem pro contritione impetranda.

**D**eus inestimabilis et eterne misericordie. deus pietatis immense. deus conditor et reparator humani generis. qui precantum tibi corda purificas. qui accusantes se ante conspectum divine clementie tue ab omnivinculo iniquitatis ab

soluis. virtute tua et bonitate tue abyssum totis exoro gemi tibus. ut secundum multitudinem miserationum tuarum de omnibus peccatis meis. quibus me accusat mea rea conscientia pura mihi coram te concedas agere confessiones. Verumque ex his omnibus tribuas priam quancumque peccavit in cogitationibus pessimis. in meditationibus pravis. in consensu malo in consilio iniquo. in concupiscentia et delectatione immunda. in verbis malis et

oculos. in factis multoculis:  
 i visu. auditu. gustu. olfactu:  
 ⁊ tactu. **E**go quippe in omni  
 bus etiam membris meis me  
 reum intelligo supra mensu-  
 ram. quia sicut astra celi atque  
 arena maris. ita innumerabi-  
 lia mea cognosco delicta. **S**ed  
 tibi domine omnium occultorum co-  
 gnitori. qui dixisti penitentiam  
 te. malle peccatorum. omnia cor-  
 dis mei reuelo archana. accu-  
 sans nequicias. ⁊ peccata mea  
 multa nimis ⁊ magna valde  
 que gessi coram tremende maiesta-  
 tis tue oculis. **I**n omni vita mea  
 misa precipue hec. **A** ⁊ hec. **A**  
 (Hic denomina peccata gra-  
 uiora) cum vniuersis malis me-  
 is sicut in conspectu tuo o do-  
 mine misericordie nota sunt ⁊  
 aperta. **E**t nunc deus piissime  
 respice in me ⁊ miserere mei.  
 fontem lachrymarum mihi ⁊ re-  
 missionem omnium peccatorum gratui-  
 ta tua miseratione tribue. in-  
 tima id cordis confessione ac af-  
 fectione poscenti. **R**enoua et  
 innoua in me piissime pater quic-  
 quid dicto facto. cogitatu. p-  
 pa malicia. diabolica ve frau-  
 de vitiatum est. **E**t vnitati ec-  
 clesie sociando. membrum tue

me redemptionis annecte: ⁊ si  
 habentem fiduciam. nisi in tua  
 misericordia. ad sacrum beate  
 recordationis admittes amem.

Sequitur confessio deuotissima sancti bernardi abbatis ante vel post confessionem dicenda.

**I**n vniione doloris tui que  
 causam doloris mei assump-  
 sisti ⁊ emendationem pro pec-  
 catis meis suscepisti. domine  
 iesu christe cum vniuersitate  
 dolentium ⁊ vere penitentium  
 ⁊ te in veritate querentium. con-  
 fiteor tibi omnia peccata mea  
 mala commissa ⁊ bona omis-  
 sa vel non pure aut negligenter  
 facta sicut tu ea nosti in nu-  
 mero pondere ⁊ mensura. ⁊ di-  
 ces perditos vite mee in quibus  
 te offendi ⁊ laudem tuam minui  
 ⁊ a te summo bono cecidi ⁊ pro-  
 ximum in casum traxi. **S**uscipe  
 ergo domine de mea miserabili-  
 ta residuum annorum meorum. pro  
 his vero quos viuendo per-  
 didi: quia perditum vixi. cor spirituum  
 ⁊ humiliatum deus non des-  
 picias. **D**ies mei declinauerunt  
 ⁊ perierunt sine fructu.  
**I**mpossibile est enim ut reuocet  
 eos. sed placeat tibi ut recogis